ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

simmus contra culpas accendit. culparum omniū reus
ipse teneatur. Vnde bene ad hezechielem dicit. Sume
tibi laterem & pones eum coram te & describes in eo ciui
tatem hierusalem. Statimq; subiungit; & ordinabis ad
uersus eam obsidionem. & edificabis munitiones. & cum
portabis aggerem & dabis contra eum castra. & pones
arietes in gyro. Atq; ad munitionē suā protinus sub
infertur. Et tu sume tibi sartaginem ferreā. & pones
eam murū ferreū inter te & inter ciuitatē. Cuius
enim ezechiel propheta nisi magistrorū speciem tenet.
Cui dicit. sume tibi laterē & pones eum coram te & de
scribes in eo ciuitatē hierusalem. Si ci quippe docto
res sibi lateres sumunt. quando terrenorū auditorum
cor ut doceant apphendunt. Quem scilicet laterē
coram se ponunt. quia tota illud mentis intentione
custodiunt. in quo & ciuitatē hierusalem iubentur de
scribere. quia pdicando terrenis cordibus curam sum
mopere que sit supne pacis uisio demonstrare; Sed
quia incassum gloria patrie celestis agnoscitur. nisi
& quanta hic iruant hostis callidi temptamenta
noscantur. Apte subiungit. Et ordinabis aduersus eā
obsidionem. & edificabis munitiones. Si ci quippe pdi
catores obsidionē circa laterē in quo hierusalem ciui
tas descripta ē ordinant. quando terrene menti sed